

בְּהַ פִּא וּמָ לְאֹו הַשְׁנִי נַטֵּל אֶת הַאֲבָן וּנוֹתֵנָה עַל לְבָבוֹ אֲם מִתְּ  
בְּהַ פִּא וּמָ לְאֹו רַגְמַתּו בְּכָל יִשְׂרָאֵל שְׁנָאָמָר יוֹדֵה הָעָרִים תְּהִיה  
בְּהַ בְּרָאָזְנָה כְּבוֹ בְּרָאָזְנָה לְהַמִּיתּו וּוֹדֵ כָּל הָעָם בְּאַחֲרוֹנָה  
*Locus lapidationis elas-*  
*tus erat duarum staturarum, id est geminam hominis altitudinem. Unus te-*  
*stium exinde reum deiiciebat, uel detruudebat in lumbos ipsius, si conuersus es-*  
*set in pectus, conuertebat illum in lumbos; si hoc facto mortuus esset, legi*  
*satisfactum erat; si minus alter testium tollebat lapidem, et proiiciebat il-*  
*lum in ipsius cor, uel pectus; si hoc ictu moreretur, legi satisfactum erat,*  
*si uero non mortuus esset, occidebatur, i.e. lapidibus obruebatur a toto po-*  
*pulo Israelitico; quoniam dicitur manus testium primum in illum erit, et*  
*postea manus totius populi. Deut. XVII, 7.*

Quae omnia satis accurate cum MARTYRIO STEPHANI conueniunt, e LVCAE testimonio: c) ὁ μαρτυρεῖ ἀπεθεντὸς ταὶ ιμα-  
τίᾳ αὐτῶν πάρα τρεισὶ ποδαῖς τρεισὶ νεκρίαις καλύπτεις Σαυλός. Quod ταὶ ιματίᾳ uel uestes attinet, quas exuebant TESTES, non dubito has uestes fuisse superiores uel PALLIA, quae more antiquorum populorum Orientalium, et multorum Occidentalium, teste VARRONE, d)  
super TOGAM induebantur, et quae eum in finem exuebant, ut eo melius lapides tollere, et in REVUM proiicere possent. Haec exuta PALLIA, uti apud LVCAM legitur, quasi in depositum dabant, et ad pedes ADOLESCENTIS cuiusdam, nomine SAVLI, ponebant. Quod hoc loco per τὸν νεαγοὺν seu ADOLESCENTEM, non FVER

decem

c) Actorum Cap. VII. uersu 59.

d) Lib. I. de uita populi Romani, et Libro IV. VII. et IX. de lingua latina TERENTIUS VARRO prolixius de uestimentis, et imprimis de discrimine pallii et togae apud Romanos recepto differit.